



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 78. Vesalientes denuo hæresin palam profitentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI. rebusque pene vacua ad Insulam sancti
A.C. 1599.

Thomæ descenderunt, expugnatoque
Pavoasa oppido, captoque Francisco
Menesio hujus Insulæ Præfecto amplissi-
mam prædam congefferunt, non tame-
sine magno suorum dispendio; cum e-
nim hæc gens ardentissimis hujus regi-
nis caloribus ferendis impar esset, ipso
Petro Dusa, cunctisque centurionibus
ac ferme omnibus militibus tabe con-
sumptis nonnisi paucissimi mense Fe-
bruario anni sequentis in patriam ve-
lut castigatæ temeritatis testes revedi-
sunt.

§. LXXVIII.

*Vesalienses denuo hæresin palam pro-
fitentes.*

Gallut. de
bella Belg.
I. 12.
Campana I. 7.
Grotius I. 8.

Cum Germaniæ Principes, quorum
non pauci hæresis veneno infecti es-
rant, Vestphaliæ ab Hispanis occupari
aegerrime ferrent, Fœderati Protestan-
tes hac opportunitate usi eosdem tam li-
teris, quam Legationibus sollicitabant,
ut novum cum eis fœdus adversus Ca-
fareos, Hispanosque inirent. Ergo hi
ad initium mensis Augusti ductore Si-
mone Lippa Comite exercitum pedi-
tum ferme viginti quinque millium, E-
quitumque quatuor ad Rheni ripam con-
trahunt majoribus sane impensis, qua-
expeditionis felicitate; quippe post ini-
tam

Sæcul.XVI.

A.C. 1599.

tam Rhenobergæ, ac Rhesæ obsidio-
nem ferventibus inter se dissidiis totus
exercitus dissipatus est, nihilominus hu-
jus adeo vicini exercitus potissimum ex
hæreticis compositi opportunitas Ves-
salienses incitabat, ut fidem Catholicam,
quam nonnisi specietenus suscepserant,
abjiciendi occasionem quærerent, hinc
rarius sacras conciones frequentabant,
liberiusque in Sacerdotes contumelias
spargebant, ac spreta Nuntii Pontificii
reprehensione sensim pristinæ sectæ suæ
Ministros advocabant. Inopina hæc Ve-
saliensium mutatio haud parum afflige-
bat Garzadorum Papæ Nuntium, nec
minorem de ejusdem securitate timo-
rem incusit Mendozæ Belliduci, qui
propterea datis literis Rhesæ Guber-
natorem, necnon bellicæ navis Præfe-
ctum admonebat, ut ad Præsulis postu-
lata paratum haberent militem, navem-
que ad migrandum idoneam: interea
vero crescente indies hæresis furore Ca-
tholici Præcones sibilis, convitiis, &
opprobriis, ac conjectis quoque in eos la-
pidibus petebantur, nec deerant, qui
Præsuli ad tot incommoda imperterri-
to clam venenum propinare auderent,
cum autem in columnis evaderet, eidem
ut Vesalia excederet, denuntiare haud
dubitabant, hic tamen gregis sui ad sa-
niora revocandi spe nondum abjecta pro-

F f 5

priæ

Sæcul. XVI. priæ vitæ discrimen alienæ saluti post
A.C. 1599. habuit: cum vero hæresis genius ad
 quævis audenda proclivis hosce cives
 eo adigeret, ut Sacerdotem, qui in ipsa
 Christi in cœlum ascendentis solemnis-
 tate suggestum ad concionandum con-
 scenderat, e templo ignominiose detrac-
 derent, ac Præfulem ad discessum vio-
 lenter cogerent, hinc is clam ac-
 cerita navi urbe excedere statuit,
 quæsito obtenu, quod novæ electioni
 Trevirensis Archiepiscopi interesse co-
 geretur. Discedente hoc Præfule Ve-
 salienses ruptis omnibus licentioris vi-
 tæ repagulis palam hæresin pristinam
 profiteri cœperunt. Ita nempe Catholi-
 ci exercitus metu Religio inventa, hæ-
 retici vero agminis robore rufus abje-
 cta est, luculento exemplo, quod vera
 fides, nisi plantante Deo sponte in ani-
 mis nascatur, altas raro agat radices.

§. LXXIX.

*Henricus Joyosa ad Capuccinorum
Institutum reversus.*

**Spond. hoc
anno n. 9.
Daniel
p. 254.
Thuan. Hist.
lib. 122.** **H**oc anno luculentum divini Numinis
 fortiter, suaviterque vocantis speci-
 men elucebat in Henrico Joyosa Duce,
 ac Franciæ Marescallo. Hic antea di-
 ctus Buchagiæ Comes, conjugé sua Ca-
 tharina Espernonii Ducis sorore fatis
 functa, ex qua unicam Filiam suscepérat,

mun-